

te Salomonēo, si non divino, redimitum. Videras faciem livido cruento  
mādidam? nunc cœlesti pulcritudine resplendet. Fauces arescentes? nunc  
consolationis gratissimā salivā dulcuerunt. Manus clavis trabalibus  
confixas? nunc regia statuentes tropæa. Pedes constrictos & alligatos?  
nunc celeres & expeditos. Nimirum verè cecinit Haggæus: Major erit  
gloria domus hujus novissimæ qvām prioris. Hoc fuit tem-  
plum illud corporis Dominici, qvod ἐν τρισιγάμῳ iterū erexit Omnipo-  
tens DEj Filius. Tanto major Isaaco, qvi tertio die itineris denuo qvāsi  
vivificabatur; Josepho, qvi tertio demum anno ē carcere liberabatur;  
Jonā, qvem tertio die balena evomere cogebatur; qvanto hi omnes ab  
aliis erigebantur, Ipse verò seipsum suscitavit, seipsum liberavit, seipsum  
vivificavit. Et credere nolles? Spē cupis? Oseas intimat. Charitatis  
flammam desideras? Idem subministrat. Nam qvid aliud vult dicere,  
qvando dicit, Vivificabit nos post duos dies, tertio die  
nos suscitabit, ut coram ipso vivamus? Qvis credere  
nollet? qvis sperare abnueret? diligere tergiversaretur?  
Sanē si caput præcesseret, non possunt non sequi membra  
reliquæ: si Perruptor prætrit, tota omnino acies insequen-  
tur: premet enim & comitabitur, premet reluctantes, comitabitur  
aggregatos. Nam si credimus, qvod jESUS mortuus est &  
resurrexit, sic & Deus eos, qvi obdormierunt per JE-  
SUM, adducet cum illo. Deus certè & Dominum JE-  
SUM susciavit, & nos per suam potentiam suscitabit.  
Itaq; mi Christiane, spem tuam corrobora, fidem exædifica. Sed &  
charitatem tuam exfusca. Audis Paullum: Quemadmodum  
excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Patris,  
ita & nos in novitate vitæ ambulemus; Expergiscere  
qvi dormi, & surge à mortuis, & illucescer tibi Christ<sup>o</sup>.  
Surge, inqvam, à somno incredulitat<sup>i</sup>, à somno securitat<sup>i</sup>, à somno ino-  
bedientiæ, à omno superbiæ, lasciviæ, avaritiæ, immisericordiæ, odi<sup>i</sup> &  
inimicitiarum, qvod jam oī Romanos atq; Ephesios suos monuit səpius  
laudandus Apostolus. Diaboli catulus fuit ille Catullus, qvi scripsit.

Vivamus